



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XVI. De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

4. *Quid si postea deprehendatur, eum, qui probatus & judicatus fuerit impotens, non fuisse impotentem?*

Tunc is, qui fuerit absolutus per impotentiam, & solutus vinculo conjugii, cogitur ad priorem conjugium redire, quasi nulla separatio facta esset.

d. c. 5. & c. ult. b. r. illi, qui in impotentiam ejus juraverunt rei sunt perjurii. Non obstante exceptione rei judicatae: quoniam sententia in causa matrimonii lata nunquam tenet in rem judicatam, & ideo, quandoque constat de ejus iniquitate, retractari potest.

c. 7. 10. & ii. sup. De sent. & re jud.

De matrimonio contracto contra interdictionem Ecclesiae.

TIT. XVI.

1. *Quando huic interdictio locum est?*

Quando prohibetur inter aliquos matrimonium contrahi, donec de causa cognoscatur, quia forte dubitatur, an sanguine vel affinitate juncti sint in gradu prohibito, an non, an aliud aliquod impedimentum subsit.

2. *Quid si, non obstante interdictio, aliqui contraxerint?*

Non dirimitur quidem tunc matrimo-
nium, si non sit aliud aliquod justum im-
pedimentum probatum; puniuntur ta-
men tales propter inobedientiam, quam
commiserunt, contra interdictum Eccle-
siae contrahendo; tamdiu separandi, quo-
usque de causa cognoscatur, utrum matri-
monium de jure possit & debeat stare.

c. 1. h. t.

c. ult. eod.

Qui filii sint legitimi.

TIT. XVII.

Hoc Tit. eoque unico, agitur de secundo
capite hujus libri, nimirum de prole
& liberis legitimis, qui effectus & fru-
ctus est matrimonii legitime contra-
cti, deque legitimatis.

1. Qui ergo sunt filii legitimi?

I. Qui ex legitimo matrimonio seu ju-
stis nuptiis procreati sunt, quod nullum
obstaculum habet.

II. Qui ex parentibus publice qui-
dem atque in facie Ecclesiae & solemniter,
sed tamen nulliter, oblatens & ignoratum
impedimentum, quod inter eos justum
fuit, matrimonium junctis nati sunt, etiam
legitimi habentur. Ut & nati ex secun-
da uxore illius, qui prima uxore viven-
tis, secundam ejus rei ignaram in facie

c. 2. Sc.

Pervenit.

h. t.